WALAFRIDUS STRABO. PS. BEDA
12. Jh. Seite 188
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift



causa fecisse leguntur nulla autem causa est dei lege
prescripta ut uiuente ea que relicta est alia ducatur:
Dicunt ei discipuli. Si ita est causa hominis cum uxore 55
non expedit nubere id est si tam graue est iugum uxorum 5
non expedit liberum uoluntarie se subicere seruituti
cum gulosa maledica et uaga erit sustinenda.
Qui dixit eis. Non omnes capiunt uerbum istud sed 55
quibus datum est. id est his datum est qui uirginitate
ut acciperent laborauerunt non quibus necessitatem
casus et fortuna imposuit omni enim petenti
dabitur et querens inueniet et pulsanti aperietur.
Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati sunt 55
et rel. Duo ergo sunt genera eunuchorum carnalia
tertium spiritale cui premium promittitur eo quod propter
xpm cum possent esse uiri fiunt eunuchi. et ceteris
quibus castimonie necessitas est non uoluntas nichil
omnino debetur. Qui potest capere capiat. 55
Hortantis uox est et milites suos ad premium pu
dicicie concitantis. ac si dicat qui potest pugnare
pugnet superet ac triumphet. Tunc oblati 55
sunt ei paruuli ut manus imponeret et oraret. 55
Putabant enim quia dns corpore mundos tantum
laudaret et non uoluntatem. nescientes quia dns illos
non beatificauit eunuchos quos puericie necessi
tas facit castos sed continentie uirtus. discipuli autem 5